

## TRANSLATION COMPETITIONS:

Prose – for both school students and adults

I. Translate the following Latin quotations taken from the works of an 18<sup>th</sup> century playwright:

1. Quod per alluvionem agro tuo flumen adiecit, iure gentium tibi acquiritur.
2. Nemo alterius damno debet locupletari.
3. Omnia conando docilis solertia vincit.
4. Iam sumus ergo pares.
5. Distinguendum est inter contractum verum et apparentem. Distinguendum est inter rem et modum rei.
6. Die veneris Hafnia domum profecturus sum.
7. Studia secundas res ornant, adversis solatium praebent.
8. O animal brutum! Quantae tenebrae!
9. Haec dixit misere et haesitanter absque methodo.
10. Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

I1. Ne quid detrimenti patiatur respublica philosophica.

I2. Vulgus indoctum est monstrum horrendum informe, cui lumen ademptum.

I3. Anima fulturis corporis nititur.

I4. Graves seriosque mores lusibus iocisque distinguere identidem soleo.

I5. Qui bene bibit, bene dormit.

I6. Necessum est distinguere inter materiam et formam antequam in arenam descendis.

I7. Iacta est alea.

I8. . . .utque secure

Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat,  
Quo cadat in dubio est, omnique a parte timetur:  
Sic animus. . .

Verse for school students and adults:

2. Translate the following Neo-Latin poem into English:

**Nox in Augusto (Night in August)**

Lumen

lunae

immensum

tremulum

in undis maris lucet.

Immensa imago pulchritudinis

In corde splendet.

Cor parvum infandum sentit,

Dum lucentia omnia

Dum vitrea omnia

Excitant somnia.

Pinus odoratae de sole somniant

Et comae earum

Cantu adsiduo aliquid susurrant

Et ut matres digitulis umbrosis

Permulcent dulce ridentia ora

Zephyrorum languescentium

In ramis obdormiscentium.

3. Adults only – translate the following Neo-Latin poem into English:

**Marisa studet (Marisa is intent on her study)**

Incumbit studio Marisa: penso

In sui vacat angulo cubilis,

Solis lumine vivido micantis.

Suspendens digitis pedem, appropinquo;

Dein, post terga moror legoque pensum

Trans nimum nitidum comae fluentis.

Umbra proditus incidente in albas

Schedas, detegor et subinde longis

Genae basiolis sonant parumper.